

Heinrich Rahn

Henricus Rahne J. U. D. & Prof. h. t. Decanus Facultatis Iuridicae In Academia Rostochiensi ... Ad Disputationem Inauguralem Dn. Georgii Radovii; Borussi, Ad diem III. instantis Mensis Iulii habendam, Magnificum Dn. Rectorem ... officiose & amice invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747345481>

Druck Freier  Zugang





N. K. — 2 (91.)

1. Schütz de possessione.
2. Schütz de usu fructu.
3. Schütz de obligationibus.
4. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
5. Pahn de praesagio rerum publicarum.
6. Pahn an licet Christiano ethnico jure uti.
7. Pahn de deorsu in contractibus minorum.
8. Pahn de concursu actionum.
9. Stypmann de concursu actionum ejusque effectu.
10. Pahn de concursu et prioritare creditorum.
11. Stephani de concursu creditorum eorumque privilegiis.
12. Pahn de processu judiciario.
13. Pahn de austraegis.
14. Pahn de nobilitate.
15. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
16. Pahn de jure emphyteutico.
17. Pahn de injuriis et famosis libellis.
18. Embere de beneficio competentiae.
19. Embere de necessaria defensione.
20. Redeker de gratia.
21. Redeker de homagio.
22. Redeker de cunspiriis publicis.
23. Redeker de morte.
24. Redeker de neutralitate.
25. Redeker de liquidatione.
26. Redeker de errore calculi.
27. Redeker an. suspensus de tali crimine ex quo poena infamiae aut alia corporis afflictiva irrogari possit, ad juramentum praestandum sit compellendus.
28. Redeker de confessionibus.
29. Laurenberg de liberarum civitatum v. R. I. eminentia, jure et privilegiis.
30. Laurenberg de interdicto Salviano.
31. Woldenberg de vestigalibus publicis et amissionis.
32. Woldenberg de aetate canonica et qualitate et ordine praeficiendorum.
33. Woldenberg an consensus parentum in nuptias liberorum de jure divino, naturali, gentium civili et canonico de necessitate an honestate requirendus.
34. Woldenberg de majuma.
35. Woldenberg de novo anno seu oblatione votorum.

36. Woldenberg idea seu delineatio juris publici in imperio Rom. Germ.
37. Woldenberg de favore episcopi quod publice interest.
38. Rahne de successione conjugum.
39. Radov. an factum senis procuratoris et coloni aliorumve alterius nomine possidentium atque possessionem negligentius vel dolose prodebatum domino verove possessori nocent?
40. Volochow de quaestione in tortura reorum.
41. Hegenwaldt de tributis extraordinariis.
42. Schütz de investitura.
43. Ströck de jure testandi inter liberos.
44. Ströck de pactis successoriae, eorumque iustitia.
45. Plinius de jure necessariae defensionis. Völsper.
46. Ziegler de eo quod iustum est circa mortuos.
47. Sibrand de valore juramenti actui adpositi.
48. Sibrand de intercessione mulieris pro marito.
49. Redeker de tortura prohibenda.
50. Redeker de quaestionibus seu tortura reorum.
51. Leifer de aquae pluviae arcendae actione.
52. Leifer de responsis prudentium.
53. Novius de fictione.
54. Radov. de archivis.
55. Pomerech de auctoritate juris.
56. Beckmann de obligationum confusione et resuscitatione.
57. Beckmann quis de non appellando et differentia juris de non evocando.
58. Schleenstein de affinitate.
59. Reichel de beneficio probandi secundae instantiae.
60. Rümelin de donatione remuneratoria et obligatione antidotali.
61. Gabe de iuribus et privilegiis miserabilium personarum.
62. Romaner de corpore delicti in criminibus facti permanentis potioribus, ad effectum condemnationis considerato.
63. Chuno ad L. S. C. ad L. Jul. majest.
64. Mylour de morgengaba Zittaviensi.
65. Heier de primo cautionis gradu.
66. Rahne de incorporatione.
67. Redeker de actu judiciali extremo seu executione.
68. Redeker de quaestoribus.
69. Woldenberg de abactu sive abigenti.
70. Lambert de miscellaneis juris controversiis et assertionibus.
71. Wedderkopff de irrohulatione actorum.
72. Aichel Hafer juris controversi.

HENRICUS RAHNE ^{57.}

J. U. D. & Prof. ⁵²

h. t.

DECANUS

FACULTATIS JURIDICÆ

IN ACADEMIA ROSTO-

CHIENSI,

Suo & Dnn. Collegarum nomine

Ad

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DN. GEORGII RADOVII,

BORUSSI,

Ad diem III, instantis Mensis Julii

habendam,

Magnificum Dn. Rectorem, Do-

minos Professores, & cæteros omnes

omnium ordinum Cives Academicos

ac Literatos officiosè & amicè

invitat.

ROSTOCHI

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad.

Typogr. Anno 1660.



Espicienti mihi, quibus potissimum verbis
 vos alloquerer, Cives Acad. dum ad agonem
 publicum pro more invitandi estis, occurrit,
 quod Dominus Candidatus GEORGIUS
 RADOVIUS in curriculo vitæ, sub manu
 suâ mihi exhibito, consignavit; se, præter jacta humani-
 oris doctrinæ rudimenta intra limites patriæ, complures
 annos, tam hauriendis Philosophiæ sincerioris fontibus,
 quàm imbibendis Theologiæ sanioris præceptis, ductu ce-
 leberrimorum undiquâq; virorum, Regimontanæ & no-
 stratis Academiæ, impendisse, deinceps verò ad Oceanum
 Juris feliciter transmittendum perrexisse. Quod ipsum
 uti vehementer nobis placuit, & suâ laude defraudandum
 non est, cum saluberrima hæc Syzygia & conjunctio Juris-
 prudentiæ cum Philosophia & Theologia optima quæq;
 de se promittat, ita vulgò non admodum frequenter fieri
 assolet, hoc præsertim seculo, quo immatura plerumque
 studia cum libidine rixandi in forum protruduntur. Quo-
 ties namque accidit, ut adolescentes, investes adhuc, præ-
 teritâ omni elegantiori literaturâ, in salutatâ artium matre
 Philosophiâ, ad ipsa sacratissima Jurispr. adita insigni auda-
 ciâ perumpant? Quoties fit, ut ne obiter tactis salutis suæ
 rudimentis, nedum degustatis S. Scripturæ mysteriis &
 orthodoxæ religionis vindiciis delibatis, ad cujus tamen
 vultum tota nostra Jurispr. adinstar famulæ in nutum
 Domini suæ intentæ, se componit, quis egregium se men-
 tiri Juris Antistitem annitatur? Sed pessimè, & cum querela
 optimorum virorum, Præterquam enim quod artium
 commune

commune quoddam vinculum est, ut altera alterius ope non raro indigeat, neutra sibi sufficiat, velut in orbe terrarum evenit, ubi *India mittit ebur, molles sua thura Sabæi*, alii alia; Jurispr. nostra instar vasti cujusdam Colossi est, solidissimis super fundamentis locandi, quæ si quis cum cura jacendi negligat, ipsa facile moles deinceps structorem suum obteret, juxtaq; ipsum alios in commune exitum trahet, ut sæpe necesse sit, plus operæ plusq; laboris fundamentis rectè ponendis impendi, quam ipsi totius corporis superstruendi compagi, quemadmodum *Cajus* *Jctus*, *LL. XII. Tab.* explicaturus, inquit; *In omnibus rebus, animadverto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constat. Et certè cujusq; rei potissima pars principium.* Quare Viri quiq; præstantissimi jam olim judicant, ut *ratio, quâ unâ*, juxta *Cic. l. de Legib. præstamus beluis, per quam conjecturâ valenus, argumentamur, refellimus, differimus, conficimus aliquid, concludimus, &c.* in futuro legum Sacerdote cum primis præparetur, juris principia, in quibus cardo rei vertitur, rectè addiscantur, legum anima, id est, causa & ratio, dextrè eruantur & explicentur. Quod ipsum adeò sine ope Philosophiæ (genuinæ illius, non argutricis, quæ multo jam tempore, ceu antè apud Scholasticos, revaluit) fieri nequit, ut ingenuè cum aliis fateamur, in tota Jurispr. ut nihil difficilius & utilius, ita nihil esse, quod minus legaliter tractari possit, quàm ipsa principia, sed ea ex omnium artium, & partium fontibus deducenda, veluti id egregiè probatum dedere ipsi nostræ Justitiæ Antecessores in suis de principiis juris terribissimis libellis. Adde quod *Philosophiæ* in *Jurisprud.* tanta sit vis & efficacia, ut regula, seu rationa-

rationale dictum inde deductum non minus movere de-
beat iudicem, atq; lex ipsa. Cum ratio naturalis, ut ait
And. de Ifern. cuncta recte disponat, & vix aliquid reperia-
tur contra naturalem rationem, quod non remordeat
conscientiam, & dicatur polus omnis virtutis, quæ omnia
nobis insinuat, ex quo est muta ratio, quæ loquitur in
corde. Hinc *Scaccia de Commer.* etiam superfluum putat,
legem quærere, ubi rationem naturalem habemus. *Pinell.*
ad l. 2. C. de rescin. ven. Ineptum magis, quam subtile videri
dicit, iuribus id probare, quod ad sensum constat. *Cravett.*
de antiquit. temp. Rationem juris autoritate prævalere asserit.
Natta eam vel solam in causis definiendis sufficere definit.
Zaf. Regiam juris appellat. *Jason* imbecillitatem intelle-
ctus, dicit, ibi legem quærere, ubi naturam sentimus. Secun-
dum *Thys* leges illæ planè iniquæ sunt, quæ naturalem
rationem elidunt. Quorum omnium hæc datur ratio:
Quod rationes naturales divinam quadam providentiã
mentibus hominum sint insitæ, & circa interpretationem
rei dubiæ attendendæ, ita ut neq; iudicando, neque consu-
lendo ab iis recedere debeamus. Quicquid enim ea præci-
pit, semper firmum ac immutabile permanet, nec mutari
legibus civilibus potest, §. *XI. Inst. de J. N. G. & Civ.* Inde
ergo omnis commoda juris, & quæ in legibus, rationis in-
terpretatio est, sive ea sit amplianda & extendenda, sive sit
restringenda & certis lex ipsa limitibus inducenda; sive à
conjecturis sit arguendum, sive per circumstantias proce-
dendum, sive à similibus ad similia digrediendum. Hinc
tota de æquitate fuit disceptatio, & tota honesti & turpis,
iusti & iniusti ratio. Hinc juris sive id, naturæ, sive gentium
fit,

fit, siue civitatis alicujus determinatur natura, & quid non? Adde
quod omnis & pulcherrima ordinis, methodiq; ratio à Philoso-
phorum schola est, quo ordine vel in animo, vel in opere sapien-
tis nihil admirabilius invenit *Scaliger*. Pertinet huc porro quod
elegantè differit *B. Winckler. de Princip. Jur. l. 1. cap. 2.* A Philosophis,
inquiens hauriemus principia, qui tractabimus res, quæ sunt ratio-
nis, quæq; JCtis in Ethicis, Oeconomicis & Politicis præ mon-
strantur, & in forum introducenda docentur. *Arist. 1. Ethic. cap. 1.*
docuit, finem civilis scientiæ summum ac perfectissimum esse, o-
mnesq; alios fines sibi subservire, ideò enim præcepta Philosophica
tradi, non ut in scholis delitescant & emoriantur, sed ut eorum
usus aliquis sit in vita civili. Civili verò scientiæ *Aristot. Legum-*
latricem includit, propter magnam cognationem, quam Politica
cum Jurispr. habet. Et in doctrina de moribus sæpe mentionem
facit legum, nec veretur interdum ex legibus argumenta ducere,
quò testetur ac monstrer, quomodo omnia, quæ in Philosophia
practica traduntur, ad usum civilem, & ad faciendas leges spe-
ctent. Non potuit enim ignorare præcepta de moribus & virtu-
tibus, de potestate & officio parentum, maritorum, dominorum,
Magistratum & privatorum parum profutura, nisi à legislatore,
publica parendi necessitate armarentur & in usum vocarentur.
Quam in rem jam olim optimus autor *Cic. 1. de Legib. ait*: Non ergo
à Prætoris edicto, ut pleriq; nunc, nec à XII. Tab, ut superiores,
penitus ex intima Philosophia haurienda juris disciplina. Et postea
eod. lib. Profectò ita se res habet, ut quoniam vitiorum emendatri-
cem legem esse oportet, commendatricemq; virtutum, ab ea vi-
vendi doctrina ducatur: ita fit ut omnium bonarum artium sapien-
tia &c. De *Theologia* res itidem clara est, quod ejusdem subsidium
ad Jurisp. tam sit necessarium, quam quod maximè. Et quis non
malit legum humanarum originem centuram & Cynosuram inde
repetere, quam à Poëtarum fabulis, ab *Astræa, Themide, & simi-*
libus gentilium deastris? Ut rectè moneat *Philo Judeus*, rem tantam
à DEO totius naturæ actore potius arcessendam, ut cognoscat ho-
mo, unde lex sit, cui ipse & tota terræ universitas subjeitur. O-
mnium


impium legum inanis est censura, Augustini dicto, lib. 9. de Civ. Dei.
nisi legis divinæ imaginem gerat. Tum & Magistratus DEI mini-
ster est, & custos legis Mosaicæ, cui ab orbita officii aberrare, & labi
in proclivi erit, si divinam voluntatem non pernoscat & vereatur.
Ipsa quoq; judicia, Dei, non hominum sunt, quare monet rerum
Dominus, ut judicetur justo iudicio, se retributurum; periculum
proinde animæ, atq; id summum, erit, si hæc negligentius curen-
tur. Accedit, quod plus conciliet autoritatis, divino, quàm hu-
mano uti nitiq; suffragio. Quemadmodum etiam Baldi sententia
est in *Auth. Ad hæc. C. de usur.* Autoritates S. Scripturæ in causis alle-
gari, tanquam leges in jure corporis scripti, & secundum eas posse
causas decidi. Lex enim Evangelica, inquit, haud dubiè vincit o-
mnes leges publicas & Cæsaris. Sic & Imp. subjicit leges suas juri
divino, cum ait, leges nostræ non dedignantur imitari sacras & di-
vinas regulas, *Nov. 83. cap. 1.* An ab eo, quod semper apud gravis-
simos gravissimum fuit, antiquitatis, sacrarum literarum & divo-
rum patrum testimonio, exordiar? ait *Zanger.* Ethnici Deorum
oracula & responsa vatum & fatidicorum omnibus rebus præfere-
bant, eaq; inter divina referebant testimonia. Cur nos Christianæ
religionis homines testimonia sacrarum literarum, quibus propter
autoritatem DEI simpliciter fides adhibetur, vel divorum patrum
traditionibus non moveamur? Imò turpe & impium erit, verbis
Jehovæ & divorum patrum sententiis refragari. *in orat. utrum reus
in delictis &c.* Et vel solus juris utriusq; titulus, quo Candidati insigni-
rigaudent, quoq; Doctores & Licentiati cluimus, instar monitorii
& evidentis documenti est, mutuos hosce Politici, & Ecclesiastici
Juris amplexus non faciliè ab invicem esse divellendos. Quamvis
namq; titulorum alter ob Pontificii juris notitiam concedi creda-
tur, rectius tamen orthodoxæ religionis affectu eundem nobis ob
sacri Codicis usum vindicamus. Magis convenit præ decretis huma-
nis amplecti oracula divina, eorumq; plenam ex limpidissimis
Israelis fontibus haurire cognitionem, his præsertim temporibus,
quæ Theologos & Jctos ad subsidiariam opem ferendam non levi-
ter invitant, cum propter causas mixtas & spirituales, hisq; affines,
quæ


quæ hodie creberrimè ad Confistoria nostra devolvuntur, tum
propter conscientia casus, non rarò obvententes, tum etiam quod
hodie à magnis Theologis, in quæstionibus maximi momenti
Theologicis, ad insignes Politicos & JCtos non semel appellatum,
inq; eorum sincerum judicium quasi compromissum esse memine-
rimus: quodq; aliàs etiam turpe sit viro Christiano, quiq; populo
regendo præest, aut præesse cupit, ignorare jus suæ civitatis, id est,
Resp. Christianæ: Hinc optimè, *quidam summi inter nostros nominis
Theologus*, fuere, inquit, quondam tempora, quibus nemo JCti no-
mine dignus æstimabatur, nisi idem esset Theologus. Idem sanè
in magna Judæorum Synagoga erant Theologiæ, & Legum Do-
ctores. Veterum quoq; Romanorū Pontifices de religione simul &
de jure civili respondebant, illinc Sacerdotes, hinc judices. Et ho-
dienum in toto Oriente, apud Indos, Persas, Turcos, & Russos vi-
ris doctis rerum divinarum & legum humanarum scientia est jun-
genda. Liceat, etiam apud nos de Theologia & Jurispr. hodienum
jungendâ, dicere, quod *Cic. lib. 1. de invent.* quondam dixit de sapientia
& eloquentia simul discenda. Sapientia, inquit, sine eloquen-
tia parum prodest civitatibus: eloquentia verò sine sapientia ni-
mium obest plerumq; prodest nunquam. Et nos: Jurisprudencia si
principia postponantur, quibus Theologia jubet insistere, admo-
dum obest, prodest nihil. Hæc ille & plura ad hanc rem. Quare, ut
dictis finem faciam, concludo cum antè citato Doctissimo JCto
B. Winclero: Quando in principiis, ait, juris discimus, quomodo se
DEUS cum hominibus, & homines inter se mutuo, unâ societate,
juris devinxerit, & quomodo jus nostrum maximâ sui parte imme-
diatè, partim autem mediante Magistratu, DEI ministro, ex ore &
corde DEI sit depromptum, quò nihil JCti studio dignius aut con-
scientiæ tutius esse potest. Quid porrò magnificentius, quam Deum
ipsum in jure deprehendere, eo colloqui & præceptore uti? Hic vi-
debimus, quomodo Theologia, Jurisprud. & Philosophia, veræ Gra-
tiæ, mutuis sese teneant amplexibus. unamq; in veritatem veneran-
dam & tuendam unanimiter conspirent. *Atq; iterum*: Habemus
hujus rei exempla apud priscos JCtos, quos videmus studium juris


ita auspiciatos, ut cum Jurisprudencia divinarum rerum noticiam, veramq; Philo-
sophiam conjungerent, l. 1. & l. 10. π. de Just. & Ju. Horum vestigiis nos non pœnite-
bit insistere, & quo magis id vulgò negligitur, eò diligentius naturalia juris princi-
pia explicare, si forte quibusdam ostendere possimus, Jurisprudenciam nostram non
esse spuriam *Opinionis* filiam, ex variis hinc inde collectis erroribus natam, nec infe-
licem & subditum pravæ *consuetudinis* partum, sed genuinam *Veritatis* prole quam
justitia ex Deo peperit, Philosophia enutrivit, Deus hæreditate & autoritate suâ dora-
vit. Verba sunt *lib. 1. cap. 1 & 2.* Verum abreptos nos penè videmus à profundiore istius
consonantiæ recordatione, quam nobis studium & diligentia Dni. Candidati sub-
ministravit; quâ si perget, ut laudabiliter eum hæctenus desudasse persuasi sumus,
non est dubium quin largissimum operæ pretium tandem reportaturus sit, neq; nu-
bem aliquando pro Junone amplexabitur. Natus ille est *Libevaldiæ in Borussia Anno*
1625. Viro Reverendo, Dno. FRIDERICO RADOVIO dictæ Ecclesiæ, ut & vicini ca-
stri Electoralis Brandenburg. Preußschmarcti appellati, Pastore vigilantissimo, cumq;
jam antè variis sub Præceptoribus sacris literariis initiatus esset, & laudabiles in iis
progressus fecisset, missus est Anno 1651. ad Academiam *Regiomontanam*, in qua cum
se variè per triennium exercuisset in stylo & sapientia, devenit ad nostram hanc *Ro-
stochiensem* Anno 1654. & per integrum sexennium tam Philosophiæ, quam Theo-
logiæ; præcipue autem juri se dedit, ductus à celeberrimis viris, cujus studij proluxæ
refricare memoriam vel propterea opus non erit, cum recens admodum sit, testesq;
partim oculati, partim auriti adsumus. Cumq; nuper aditum sibi ad honores in Fa-
cultate nostra impetrandos patefieri rogasset, dignum se nobis in privato demonstra-
vit examine, quem porro in arenam publicam (quam aliquoties antehac non sine
laude tentavit) solenniter educeremus. Disputaturum de ancipiti Juris materia, nem-
pe De *SUCCESSIONE CONJUGUM ad Auth. Præterea. Cunde Vir & Ux.* Vos itaq;
Academix Cives universos & singulos, quocunq; estis loco, honore & facultate; cum
primis Magnif. Dn. Rectorem, Amplissimos Dominos Professores, Collegas, Do-
ctores, Licentiatos, Verbi divini Ministros, Magistros, quiq; præterea literarum ca-
stra sequimini & jus amatis, peramanter rogatos & invitatos volumus, ut vestrà be-
nevolentia, attentione, & quibus lubet, amica collatione Domino Candidato adesse
ad diem III. instantis Julii dignemini. Nulli dubitamus, quin apud ipsum præclare ve-
strum posituri sitis studium atq; beneficium. Nos quoq; de singulis bene rursus
mereri, nullo non loco, nullo non tempore memores erimus. V. P. P.


Rostochi sub sigillo Facultatis Juridicæ, XXIV. Junii Anno
M. DC. LX.











burgensi Land-Recht lib. 2. art. 60. Jur. Lub. l. 2. traditur, si commodatarius rem sibi traditam alienet, Dominum Commodantem nullam actionem, cui alienatio facta est sed oportere eum commodatarium, da jemand seinen Glauben gelassen suchen / & ut in Jure Lubecensi dicitur Hand in Lib. 3. art. 2. 1. 2. ibique Mey. ubi ratio statuti.

III. Jure Civili cuivis majorenni sanæ mentis rerum administratio & alienatio permittitur l. 1. sicut C. de Obl. & Act. l. in re mandata C. man. sua non abutatur §. sed & major Inst. de his qui in Saxonia illa potestas est restricta, quia bonorum quæ sita Stammgüter dicta, nemo sine coheredum alienare potest Land-Recht lib. 1. art.

IV. Jure Civili maritus à cura uxoris sua dare tut. & §. pen. Inst. de excus. tut. Ratio ab ipso gestum, propter affectionem remittat, & talibus periclitetur uxor l. maritus. C. qui da Saxon. Land-Recht lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. maritus sit legitimus uxoris suæ tutor Ehevogt lebratis nuptiis uxor in potestatem & tutelam ma

V. Majorennis quis de Jure Civili fit, & ætatis compleverit t. 1. ff. de minor. vel veniam l. 2. C. de his qui ven. et. Jure autem Saxonico tur Anno æt. 21. Land-Recht lib. 1. art. 42. & hinc eodem jure terminus restitutionis brevior Civili.

VI. Jure Civili licet Debitor ob æris modo non sit, tamen ideo à Creditoribus suis in detineri, & ad operas jure servitutis præstandas. as. juncta Auth. seq. C. de Oblig. & Act. & ibi de Jure Saxon. veteri Land-Recht lib. 3. art. 3 Lubec. Lib. 1. r. 3. art. 1. ibique Mey. n. 14. à j vitia debitor adjudicandus est, quæ etiam adj tantum locum habet, non autem in dignitate co Exec. p. 1, 6, 6. n. 129.

1. &
t aut
con
Com
r ihu
ren/

rum
pari
uis re
e au
ma
orum

qui
male
s do
utem
quod
m ce

num
verit
icun
c. 26.
Jure

ven
ivatis
l. ob
otest
Jure
fer
bejis
proc.
VII.

